

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

334

1175/04/10.

O cambiador Fernando Colonio vénelle ó mosteiro de Toxos Outos a herdade que lle tiña peñorada Martiño Lampadio na vila de Leboráns por díás marcas e tres fretóns de prata. Martiño Lampadio deixoulle a escritura de peñoramento ó mosteiro de San Xusto para que este puidese reclamarlle a devandita cantidade ó cambiador, que agora renuncia a poder recuperar-la terra peñorada e vénella así definitivamente ó mosteiro, que lle dá vinte soldos más e, “pro robore”, tres lampreas.

B.- Tombo, f. 104r.

Transcr.- SALVADO MARTÍNEZ, B.- “Tumbo de Toxosoutos...”, doc. n.º 26, pp. 198-199.

Carta de Pelagio Colonio de hereditate de Louoraes.

In Dei nomine. Ego Pelagius Colonio, cambiator, et omnis uox mea vobis domno Petro, abbati de Sancto Justo, et omnibus fratribus tam presentibus quam futuris in ipso monasterio commorantibus et omni uoci uestre facio textum et kartulam uendicionis et dimissionis et imperpetuum ualitaram de tota mea hereditate de villa de Louoraes quam ego Pelagius Colonio ad Martinum Lampadio pro duabus marchis et III fertones puri argenti in pignore posui, et ipso Martinus dedit uobis et monasterio uestro habere et placitum per quod illud requiratis, et ego nolo uobis dare ipsum habere sed dimitto uobis pro eo et concedo totam ipsam hereditatem et do uobis in presenti ueridicam cartam per quam illam comparaui et uos dimittitis mihi totum ipsum habere et insuper datis mihi XX solidos monete regis et III lampredas pro robore. Habeatis igitur uos totam ipsam hereditatem cum omnibus adiunctionibus suis et directuris eius cum quanto ad prestitum hominis est et possideatis eam, et cetera, in secula seculorum. Siquis autem ex parte mea uel extranea contra hoc meum uoluntarium factum ad irrumpendum uenerit sit maledictus usque in VII^{am} generacionem et insuper pariat ipsam hereditatem duplatam uel triplata; et hoc scriptum semper maneat firmum.

Facta carta uendicionis et dimissionis in era I^a CC^a XIII^a et quotum IIII^o idus aprilis.

Ego Pelagius Colonio in hac karta manus roboro.

Q. p. f.: Martinus, presbiter, conf. Pelagius de Capis, conf. Comitem, conf. Vilielmus de Luania, conf. Romanus, conf. Arias Didaci, conf. Oduarus Carualio, conf. Petrus Falisca, conf. Fernandus Fernandiz, conf.

Pelagius, clericus, qui notuit.